

Unsere Leitfragen

Jesper

VORWORT (PROŌMIUM) MET. I 1-4

1	In nova fert animus mutatas dicere formas
	corpora. Di, coeptis – nam vos mutastis et illas –
3	adspirate meis primaque ab origine mundi
	ad mea perpetuum deducite tempora carmen!

NACHWORT (SPHRAGIS) MET. XV 1-4

871	Iamque opus egi, quod nec Iovis ira nec ignes
	nec poterit ferrum nec edax abolere vetustas.
873	Cum volet, illa dies, quae nil nisi corporis huius
	ius habet, incerti spatium mihi finiat aevi!
875	Parte tamen meliore mei super alta perennis
	astra ferar nomenque erit indelebile nostrum;
877	quaque patet domitis Romana potentia terris,
	ore legar populi; perque omnia saecula fama,
879	siquid habent veri vatum praesagia, vivam.